

SELECT ORATIONS OF CICERO, WITH ENGLISH NOTES

Published @ 2017 Trieste Publishing Pty Ltd

ISBN 9780649456390

Select Orations of Cicero, with English Notes by Marcus Tullius Cicero & Thomas Kerchever Arnold & William Chambers

Except for use in any review, the reproduction or utilisation of this work in whole or in part in any form by any electronic, mechanical or other means, now known or hereafter invented, including xerography, photocopying and recording, or in any information storage or retrieval system, is forbidden without the permission of the publisher, Trieste Publishing Pty Ltd, PO Box 1576 Collingwood, Victoria 3066 Australia.

All rights reserved.

Edited by Trieste Publishing Pty Ltd.
Cover @ 2017

This book is sold subject to the condition that it shall not, by way of trade or otherwise, be lent, re-sold, hired out, or otherwise circulated without the publisher's prior consent in any form or binding or cover other than that in which it is published and without a similar condition including this condition being imposed on the subsequent purchaser.

www.triestepublishing.com

MARCUS TULLIUS CICERO & THOMAS
KERCHEVER ARNOLD & WILLIAM CHAMBERS

SELECT ORATIONS OF CICERO, WITH ENGLISH NOTES

SELECT ORATIONS

OF

CICERO,

WITH ENGLISH NOTES.

BY

THOMAS KEECHEVER ARNOLD, M.A.

LATE ECTOR OF LYNDON,
AND FORMERLY FELLOW OF TRINITY COLLEGE, CAMBRIDGE.

THIRD EDITION.

WITH CORRECTIONS AND ADDITIONS,

BY

WILLIAM CHAMBERS, M.A.

LATE FELLOW AND TUTOR OF WORCESTER COLLEGE, OXFORD.



Boden.

RIVINGTONS, WATERLOO PLACE;

HIGH STREET, | TRINITY STREET,

Oxford.

Cambridge.

1866.

294. 9. 5.

PREFACE TO THE THIRD EDITION.

THE present edition of the Select Orations has been entirely remodelled, with the twofold object of adapting it more closely to the needs of schoolboys, and of representing the progress which has been made in the study of Cicero during the nineteen years which have elapsed since its first publication. The text is that of Halm, as given in his *last edition*¹, with the omission of some orthographical peculiarities, which, though justified by the authority of the best MSS., seemed likely to perplex younger students. The brief but excellent German commentary of that distinguished Ciceronian scholar has been constantly consulted with great advantage in the revision of the notes. References have been given throughout to the grammars of Zumpt and Madvig, and to Dr. Wm. Smith's larger *Dictionary of Greek and Roman Antiquities*. For the notes distinguished by the letter C, as for the English introductions to the several Orations, the present editor is solely responsible.

¹ *Cicero's Ausgewählte Reden, erklärt von Karl Halm,*
Berlin, 1869.

CONTENTS.

	PAGE
Accusationis in C. Varrem Liber Quartus. De Signis . . .	1
In L. Catilinam Oratio Prima habita in Senatu	57
In L. Catilinam Secunda ad Quirites Oratio	69
In L. Catilinam Oratio Tertia ad Quirites	79
In L. Catilinam Oratio Quarta in Senatu	90
Pro A. Licinio Archia Poet& Oratio	100

NOTES.

On the Fourth Book of the Impeachment of Verres	113
First Oration against Catiline	139
Second Oration against Catiline	149
Third Oration against Catiline	156
Fourth Oration against Catiline	163
The Oration for the Poet Archias	168

SELECT ORATIONS OF CICERO.

I. ACCUSATIONIS IN C. VERREM

LIBER QUARTUS. DE RITIS.

AREUM.—Hoc in libro Cicero quem alia Sicilia ornamenta publica pariter ac privata, tum maxima Deorum signa, a Verre per furtum abscta, et falsissima esse coarguit defensionem Hortencii, cœmpta illa esse contendentis. Nam neque per leges Illece magistratibus in provinciis mercesari quidquam, et ea esse pretium, ut bona non possint non raptâ judicari.

I. VIXIO nunc ad istius, quem ad modum ipse appellat, studium, ut amici ejus, morbum et insaniam, ut Siculi, latrocinium: ego quo nomine appellerem, nescio; rem vobis proponam: vos eam suo, non nominis pondere penditote. Genus ipsum prius cognoscite, judices; deinde fortasse non magno opere queretis, quo id nomine appellandum putetis. Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam vetere provincia, tot oppidis, tot familiis tam copiosis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse, ullam gemmam aut margaritam, quicquam ex auro aut ebore factum, signum ullum aeneum, marmoreum, eburneum, nego ullam picturam neque in tabula neque in textili, quin conquerierit, inspicerit, quod placitum sit abstulerit. Magnum videor dicere: attendite etiam, quem ad modum dicam. Non enim verbi neque criminis augendi causa complector omnia: cum dico nihil istum ejus modi rerum in tota provincia reliquise, Latine me

scitote, non accusatorie loqui; etiam planius: nihil in sedibus cuiusquam ne in hospitis quidem, nihil in locis communibus, ne in fanis quidem, nihil apud Siculum, nihil apud citem Romanum, denique nihil istum, quod ad oculos animumque acciderit, neque privati neque publici, neque profani neque sacri tota in Sicilia reliquisse.

3 Unde igitur potius incipiam quam ab ea civitate, que tibi una in amore atque in deliciis fuit? aut ex quo potius numero quam ex ipsis laudatoribus tuis? Facilius enim perspicietur, qualis apud eos fueris, qui te oderunt, qui accusant, qui persecuntur, cum apud tuos Mamertinos inveniare improbiasima ratione esse predatus.

II. C. Heius est Mamertinus—omnes hoc mihi, qui Messanam accesserunt, facile concedunt — omnibus rebus illa in civitate ornatissima. Hujus domus est vel optima Messanae, notissima quidem certe et nostris hominibus aperiassima maximeque hospitalis. Ea domus ante istius adventum ornata sic fuit, ut urbi quoque esset ornamento. Nam ipsa Messana, quae situ, mienibus portaque ornata sit, ab his rebus, quibus iste 4 delectatur, sane vacua atque nuda est. Erat apud Heium sacrarium magna cum dignitate in sedibus, a majoribus traditum, perantiquum, in quo signa pulcherrima quatuor summo artificio, summa nobilitate, quae non modo istum hominem ingeniosum et intelligentem, verum etiam quemvis nostrum, quos iste idiotas appellat, delectare possent, unum Cupidinis marmoreum Praxitelis; nimiram didici etiam, dum in istum inquirro, artificum nomina. Idem, opinor, artifex ejusdem modi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur; nam alia visendi causa nulla est. Atque ille L. Mummius, cum Thespiae, quae ad sedem Felicitatis sunt, ceteraque profana ex illo oppido signa tolleret, hunc marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit.

5 III. Verum ut ad illud sacrarium redeam, signum erat hoc quod dico Cupidinis e marmore, ex altera parte Hercules, egregio factus ex aere. Is dicebatur esse Myronis, ut opinor, et recte. Item ante hos deos erant arulae, quae cuivis religionem sacrarii significare possent.

Erant aenea duo praeterea signa, non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quae manibus sublatis sacra quedam more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant. Cane-phorce ipsa vocabantur. 'Sed earum artificem quem?' Quemnam? recte admones: Polyclitum esse dicebant. Messanam ut quisque nostrum venerat, haec visere solebat: omnibus haec ad visendum patchant quotidie, domus erat non domino magis orasamento quam civitati. C. Claudius, cuius sedilitatem magnificentissimam 6 scimus fuisse, usus est hoc Cupidine tam diu, dum forum dis immortalibus populoque Romano habuit ornatum; et, cum hospes esset Heiorum, Mamertini autem populi patronus, ut illis benignus usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum. Nuper homines nobiles ejus modi, judices, sed quid dico nuper? immo vero modo ac plane paullo ante vidimus, qui forum et basilicas non spolia provinciarum, sed ornamentis amicorum, comediosis hospitum, non fortis nocentium ornarent, qui tamen signa atque ornamenta sua cuique reddebant, non ablata ex urbibus sociorum atque amicorum quadrupli causa per simulationem sedilitatis, domum deinde atque ad suas villas auferabant. Haec omnia qua dixi signa, judices, ab Heio e 7 sacrario Verres abstulit: nullum, inquam, horum reliquit neque aliud ullum tamen praeter unum pervetus ligneum, Bonam Fortunam, ut opinor; eam iste habere domi sue noluit.

IV. Pro denum hominumque fidem! quid hoc est? quae haec causa est, quae ista impudentia? Quae dico signa, ante quam abs te sublata sunt, nemo Messanam cum imperio venit quin viserit. Tot praetores, tot consules in Sicilia cum in pace, tum etiam in bello fuerunt, tot homines eujusque modi—non loquor de integris, innocentibus, religiosis,—tot cupidi, tot improbi, tot sudaces, quorum nemo sibi tam vehemens, tam potens, tam nobilis visus est, qui ex illo sacrario quicquam poscere aut tollere aut attingere auderet. Verres quod ubique erit pulcherrimum auferet? nihil habere cuiquam praeterea licebit? tot domus locupletissimas istius domus una capiet? ideo nemo superiorum attigit, ut hic tollaret? ideo C. Claudius Pulcher

rettulit, ut C. Verres posset auferre? At non requirerbat ille Cupido lenonis domum ac meretriciam disciplinam: facile illo sacrario patrio continebatur; Heio se a majoribus relictum esse sciebat in hereditate sacerorum, non querebat meretricia heredem.

8 Sed quid ego tam vehementer invehor? verbo uno repellar: 'emi' inquit. Di immortales, preclarum defensionem! Mercatorem in provinciam cum imperio ac securibus misimus, omnia qui signa, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas coämeret, nihil cuiquam relinqueret: hec enim mihi ad omnia defensio patibeli videtur 'emisse.' Primum, si id quod vis tibi ego concedam, at emeris, quoniam in toto boe genere hac una defensione usurpus es: quapropter, ejus modi tu judicia Roma putaria case, si tibi hoc quemquam concessum putasti, te in præstura atque imperio tot res, tam pretiosas, omnes denique res, que alicujus pretii fuerint, tota ex provincia coëmisse.

9 V. Videte majorum diligentiam, qui nihil dum etiam istius modi suspicabantur, verum tamen ea, quæ parvis in rebus accidere poterant, providebant. Neminem, qui cum potestate aut legatione in provinciam esset prefectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum—dabatur enim de publico,—ut vestem—præbebatur enim legibus:—mancipium putarunt, quo et omnes utimur et non præbetur a populo. Sanxerunt 'ne quis emeret nisi in demortui locum.' Si qui Romæ esset demortuus? immo, si quis ibidem. Non enim te instruere domum tuam voluerunt in 10 provincia, sed illum usum provincie supplere. Quæ fuit causa, cur tam diligenter nos in provinciis ab exemptionibus removerent? Hæc, judices, quod putabant exemptionem esse, non exemptionem, cum venditori suo arbitratu vendere non licaret. In provinciis intelligebant si is, qui esset cum imperio ac potestate, quod apud quemque esset emere vellet idque ei licaret, fore uti quod quisque vellet, sive caset venale sive non esset, quanti vellet auferret. Dicet aliquis: 'noli isto modo agere cum Verre, noli ejus facta ad antiquæ religionis rationem exquirere: concede ut impune emerit, modo ut bona ratione emerit, nihil pro potestate, nihil ab invito, nihil per injuriam.' Sic agam: si quid veniale